



Universitätsbibliothek Paderborn

**Gloria immaculatè conceptæ Deiparæ Virginis Mariæ
Centvm Ecclesiae Testimoniis, totidemq[ue]
anagrammatibus ex salutatione angelica deductis ornata
& stabilita.**

Colonia, 1662

Decas I. Anagrammatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53177](#)

Glory to God in the highest: peace to his people on earth
Glory to God in the highest: peace to his people on earth

Programma

AVE MARIA, GRATIA PLENA,
DOMINUS TECUM.

DECASI. Anagrammatum.

ANAGRAMMA I.

Eva secunda, pura Mater Agni immolati.

Ex prima angelica Salutationis voce, non pauci doctorum ecclesie magna Virginis Matrisque immaculatam Originem colligunt, uti & Ecclesia canit: Sumens illud Ave, mutat nomen Evæ.

II. Ita Eva secundam alium ignorat prime.

Gabriel Biel Theologus antiquitate & doctrinâ celebris serm. 3. de Conc. In prioribus, ait, festivitatibus de conceptione patuit, licet breviter, quam aptè ei dicatur, ave, quod secundum interpretationem sonat sine va, & præsertim, prout illi festo convenit: sine vœ originalis peccati.

III. Iure negamus maculam in tota Deipara.

Jacobus Januensis Dominicanæ familiæ eximus Ecclesiastes in Mariali serm. 16. Ave, id est, sine vœ aliquius peccati, sive originalis, sive mortalis, sive venialis Ideo sponsus eam alloquitur, Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Gloria Virginis

IV. *Lapsum ac reatum Adamsi nivea ignorat.*

Petrus de Alliaco cardinalis in *Medit. super sal. ang.*
Ave. inquit, ô Virgo salutifera, quae Evx maledicitionem in benedictionem transferens, sola esse meruisti sine vñ. Mei iusti quidem non tuâ Justitiâ, sed divinâ gratiâ, ut sola esse sine vñ culpæ venialis, & mortalib; & (ut p̄c creditur) etiam originalis.

V. *Iam munda es à culpa, Virgo intemerata.*

B. Albertus magnus, in *Biblia Miriana super Em. angel.* *Luca.* Vñ culpa est triplices, scilicet originalis, actualis, mortalis, & venialis, &c. sine isto multiplici vñfuit beatiss. Virgo MARIA. Quod repetit libro de laudibus Virginis, super Missus est

VI. *Una paries Dei natum, ergo immaculata.*

S. Fulbertus, qui ante D. Bernarium floruit, in *Exposit. salut. angel.* *Ave Maria electa,* & insignis inter filias, quæ immaculata semper extitisti ab exordio tñ creationis, quia paritura eras crearem totius sanctitatis.

VII. *Age munda, imire pura, tota sine macula.*

Joannes Geometra, verus & insignis ecclesiasticus, *Ave, inquit, primæ liberalabe patris.*

S. Amphiliogius antiquissimus scriptor in *orat. de Deipara.* *Ave, inquit, unde quaque intemerata Mater sanctitatis.* Ave pellucidissime fons vivifici latitidis, &c. O columba dealbata & innocens.

VIII. *Procul anguis à me. Una Mater Dei amati.*

S. Casimirus de salut. angelica in hymno p. 2. *Virgo salve, per quam valvæ coeli patent misericordias.* Quia non flexit, nec allexit. *fraus serpentis veteris.*

IX.

immaculæ conceptio.

§

IX. Euge malinescia, pura, munda, mira tota.

S. Bernardinus Senensis tom. 1. serm. 52. de salut. angel. Fuit B. Virgo sine vœ, id est sine tyranno concupiscentiae peccati originalis, quia sine eo concepta est, teste Salomone Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: scilicet, originalis culpe.

X. En Reginæ, vacas multa poni, diva Mater.

Arnestus Archiepiscopus Pragensis scriptor eximus, de excellentiis D. V. cap. ult. In totius vet. Test. serie non invenitur unum Ave, sed separatim à à propter triplex incommodum peccati originalis, scilicet infirmitatis in irascibili, pronitatis in concupisibili, cæcitatis in rationabili: vœ, vœ, vœ, propter triplicem seaturiginem peccati actualis, scilicet eorum, oris, & operis. MARIA igitur sola fuit à vœ.

DECAS II. Anagrammatum

ANAGRAMMA I.

E malo Adamis sat para, increatum genui.

Multi Patrum Doctorumque ecclesia in his verbis salutationis angelica gratiâ plena, agnoverunt Deiparam ab omni macula originali præservatam, in quibus ante omnes occurrit magnum ecclesiæ lumen.

D. Augustinus serm. 11. in Nat. Domini. Cum Angelus dixit Ave, salutationem illi cœlestem exhibuit: cum dixit, gratiâ plena, ostendit ex integro viam exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam.

A 3

II. P.M.